



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Quid illuminatio sit, quidque illuminatio præstet, & quomodo fiat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

aliqua aſſuitate, & actiōe in illum confortari ab illuminante docet Angelicus Doctor.

13. Verum, cum explorata ſententia S. Thom. de hac intellectus Angelici confortatione ab illuminante habeatur q. illa 9. de veritate intelligenda hæc loca 1. partis ſunt, ne ſibi aduerſetur, de aſſuitate immediata, vel phyſica, vel exactiua illuminantis Angeli in intellectu, illuminati ſpecierum iudicij ſui de obiecto, de quo hunc vult inſtruire, non ſolum ſecundum ſe ſumpro- rum (quod in omni Angelica locutione, etiam inferioris ad ſuperiorem Angelum, inuenitur, vt diximus ſupra Angelorum locutionem explicantes, & S. Thomas cenſet, ac proinde in illuminatione, (quæ ſpecialis, & nobiliſſima locutio illuminantis Angeli) eſt verum, & illud ſe ex diuina reuelatione didiciſſe. Quæ non præſtat humanum magiſterium naturalium facultatum, quod ſolum extenſe per ſigna externa, veritates, & ſuum de illis iudicium diſcipulo proponit, nihil ſeipſo in eius intellectu agendo, nec ſupernaturale motiui reuelationis diuinæ proponendo, ſed ſolum naturalia principia, ob quæ illas ipſe ſcit, proponit diſcipulo, explicatione eius capui accommodata, vt eſſendem veritatibus aſſentiantur, atque ita eas diſcat, & ſciat. Huc ſpectat Angelus illuminantis ſuperioris in natura reſpectu illuminandi, quam in hominibus S. Thomas, negat verbis datis, ac proinde immediatam aſſuitatem in intellectu diſcipuli ad confortationem illuminatiuum actio Angeli illuminati in illuminante requiſitam: quia obiecta, de quibus hierarchice illuminandus ab eo Angelus inferior eſt, niſi vt reuelatione Dei ſubſunt obiecta propria, & proximè, ac formaliter talia hierarchice illuminationis non ſunt: Et quorum proinde immediata reuelatio ſupremi ſolius ordinis Angelis, ac ſubinde ſupremæ etiam ſpecificæ, & excellentiſſimæ naturæ fieri debeat, ex eiſque ad inferioris, & inferioris ordinis, & naturæ Angelos, pro minori, aut maiori ordinis, & nature inferioritate, mediatus aut mediatus, & reuelatio, & obiecta illa, vt reuelata, deriuati, ſicque actiue illuminantes confortant illuminatos in S. Thomæ ſententia; quia, eis conceptus Angeli ſuperioris de eſſendem veritatibus, vt reuelatis à Deo, ſpecies indebitæ, & quibus, vltra vires naturæ ad ea obiecta, vt reuelata cognoscenda erigantur, & confortentur, ingeruntur. Rurſus, ex arte, & magiſterio, quo veritates, de quibus illuminari Angeli ab illuminantibus ſuperioribus inſtruntur confortatio alia actiue artificialiter, vt Caietanus ait, ab hoc proueniens inuenitur, quam confortationem ex parte obiecti poſſumus appellare, & ad quam q. illa 9. de veritate totam Angelus illuminati ab illuminante merito reducit; quia ea non niſi actiua, vel exactiua ſpecierum indebitarum, & ſupernaturalium illuminatio productione, fieri ab illuminante, poteſt, vt ex dictis elaret: quia, & iudicij illuminantis, & veritatum à Deo reuelatarum, ac ſubinde reuelationis, diuinæ ſpecies ſunt, ob quam veritatibus, de quibus inferior Angelus hierarchice illuminatione à ſuperiore inſtruitur, eſt aſſenturus, Caietanus; & Vazquez, qui ſolam poſteriorem admiſere, veritatis, & obiecti, cui illuminatus aſſenturus eſt, propoſitioni ſolummodo attendunt; cum motui ad aſſentendum, ſcilicet, reuelationis propoſitioni deberent in primis attendere: in eo quippe proponendo attem, & magiſterio adhuc naturalium facultatum maximè conſiſtere merito obſeruauit, & docuit locis citatis præſertim q. 117. & q. 9. de verit. ſcilicet in principiorum ſcientiæ, & ordine, quo ex illis, & propter illa conſeſiones deducuntur; à loqui diſcipulus veritates ſcientiæ illius non ſciat, ſed ex Magiſtri authoritate credit. Quare, & in aſſenſu veritatibus illuminatione hierarchica propoſitis præſtando, cum ob ea reuelationem, & teſtimonium præſtandus ab illuminato ſit, non veritates, ſed & reuelatio, quæ motiui, & principium vnicui formale eis aſſentiendi eſt, proponenda præcipue erit Angelo aſſenturo. Et hæc in S. Thomæ obſeruantiam, dicta ſunt: cuius rationes, cum per ſummam propoſitiæ ab ipſo fuerint, mirum non eſt, non ita bene à pluribus, qui vel perſuſtorie, cum legunt, vel vocum ſono ſiſtunt, & hærent percipi, & penetrari.

Chriſtoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

CERTAMEN III.

Quid illuminatio ſit, quidque illuminatio præſtet, & quomodo fiat.

1. **T**Ria hæc connexa inter ſe ſunt, atque ex dictis cert. 2. facilius, clariſque, quam hactenus ab aliis præſtitum fuerit, expedienda eſt igitur hierarchica illuminatio. Veritatum contingentium naturaliter ab illuminando Angelo in cognoscibilibus, vt diuina ſubſunt reuelationi, à ſuperioris ordinis Angelo, ex officio, & Dei voluntate inſtruitur, & manifeſtatio. Cuius deſinitionis bonitas per ſingulas eius partes oſtenſas conſeſionibus certaminis 2. aſſentum conſtat inſtructionem, & manifeſtationem hanc per locutionem Angeli ſuperioris ad proximè inferioriorem illuminatum immediatam fieri debere concors doctorum ſententia eſt, & ex dictis ſatis oſtenſa. Vnde etiam conſtat, Angelicæ locutionis prædicatum genus ad illuminationem hanc hierarchicam eſſe, atque, vt ralem cum illa comparari. An vero ab alia, vel aliis ſpeciebus Angelicæ locutionis diſſeratur? Per capita, & ſeſiones multas ſocius præſertim, & Ariaga, ac Recentiores alij, ac breuius, ex antiquis non pauci diſputant; quia omnia, quoad illuminationem hierarchicam ſpectant, in cuiusvis ex eis diſputatione tangunt, & miſcent. Si autem ſortim materiam propriam illuminationis hierarchicæ, tum remotam, tum proximam exacte prius, & ſortim examinaſſent, breuitate, & facilitate, qua nos, ab ea quaſtione ſe expedirent. Differentia ſiquidem locutionis hierarchicæ illuminatiuæ à reliquis Angelicis ex parte locutionis, modique, quo vnus Angelus alteri, ſue ſuperiori, ſue inferiori loquatur, eſſe manifeſte, quod vellet, deſumit nequit: cum id totum, ex prædicato generico, in quo cum reliquis Angelicis locutionibus conuenit, locutioni hierarchicæ illuminatiuæ debeat competere: quare penes id ab eis diſſerre omnino repugnat, æquè ac hominem ab equo per prædicatum animalis, ali- quidve in eo contentum ſpecificè diſtingui. Tota ergo ex parte materiæ, & obiecti, cum remote, & purè materialis, tum proximi, & formalis, ſeu rationis, ſub qua propriè ad illuminatiuum hierarchicæ locutionem ſpectat, ab ea, quæ eſſentialiter reſpicitur, deſumenda eius ab aliis locutionibus angelicis ſpecifica differentia erit, quam ex dictis facillime monſtrabimus.

2. Et enim, cum hierarchica illuminatio, veritatum contingentium eſſe debeat, neceſſarium, quales ſunt ſcientiarum naturalium, (quarum ſorte ſuperior Angelus plures aſſequitur, quam inferior, huiusque manifeſtare velit) ad inferioriorem locutio ac illuminatio largæ erit qua neſcientiæ de illis tenebras ipſi pellat. Additur in deſinitione; naturaliter ab illuminando Angelo in cognoscibilibus, vbi Angelus, non ſolum nude ſecundum ſe, & nativum cuique intellectum, & naturalia reliqua ſumitur, ſed illuminandus cum omnibus, ſcilicet, quæ ex parte actus primi proximi, ſue in actu primo proximo, vt hierarchice illuminetur, requiruntur, ac de ſicſto præcedunt: cum autem ad illuminationem hierarchicam hierarchiarum, & chororum diſtinctio, & Angelorum pro cuiusque, & naturali ſpecifica, & ſupernaturali gratiæ, & donorum maiore, minore perfectione in ſuperiores, inferioresve gradum, & chorum diſtributio ſupponatur, vt ſuperior gradu Angelus illuminare, inferior vero hierarchice illuminari queat, quibus illuminandus Angelus inſtruitur plura poterit naturaliter cognoscere abſolutè, & ſecundum ſe contingentiæ, illi vero ſtatui, & ſupernaturali ornamento connexa, & conſectaria, vt ſupia obſeruabam, nec reſpectu ſtatus, & ordinis hierarchici illius & in contingentibus de- bent cenſeri; innaturaliter, ergo ab Angelo illuminando incognoscibilibus contingentibus veniunt, voluntatis

on 2 diuina

diuinæ arcana, decreta, & secreta consilia, inde emanantia mysteria, quæ pro suæ libertatis, potestatisque plenitudine, & prouidentia naturæ totius legibus, intrinsece soluta conscipit libere, & exequitur. Item rationalis cuiusvis creaturæ secreta, quæ cordis vocamus, independentes à voluntate rationalis creaturæ ea concipientis, & habentis, eadem alteri manifestandi solummodo cognoscenda. Etsi enim, & quoad entitatem, & substantiam naturaliu cordis creati secreta sint, ac dependentes à voluntate ea habentis naturales etiam sint, & quoad cognoscibilitatem, & naturaliter subinde, ab altero cognoscibilia & sit independentes à voluntate habentis, & alteri pro suo libito manifestantur (vt inde ortum eorum fecerunt cognitio in altero hoc Angeli perfectio absoluta esset) de materia remota & pure materiali obiecto proprio locutionis hierarchicæ illuminatiuæ, quodque essentialiter hierarchica illuminatio concernit, nullum esse.

3. Accedit, quod cum Angelus secreta cordis suo so-
 lum libito, ac non ex Dei revelatione & Dei nomi-
 ne manifestat, ratio, sub qua ad illuminationem hier-
 archicam spectant eis secretis deficit, vt cert. 2. con-
 cluf. 4. docuimus, & euicimus; vnde, & debita illu-
 minati hierarchice cogitationi, & assensui obiectis illi
 infallibilitas, & certitudo vt eodem cert. num. 10.
 & 11. ostendebamus: ac proinde locutio illi Angeli de
 sui cordis secretis ad alterum Angelum hierarchi-
 ce illuminariu (cu illuminatione hierarchica, non esse,
 testi superioris Angeli ad inferiorum locutio sit, ma-
 nifeste probatur. Acque hinc ex parte secundum quod
 certaminis huius titulus inquiri, primoque hactenus
 deciso, & tertio deinceps dicendo connexus,
 vt diximus, est, decidi facile potest. Siquidem illu-
 minatio hierarchica inferioris Angeli illuminati ab
 illuminante superiore certitudinem absolutam, & in-
 fallibilitatem omnimodam physice & metaphysice,
 intrinsecam assensus veritatis, de quibus ab illu-
 minato infirmum, intellectu illuminati, prestabit:
 cum essentia sua assensus ille ob Dei testimonium,
 & reuelationem, tanquam rationem formalem, &
 adequatum motivum assentiendi ab Angelo illumi-
 nato elicatur. Prestabit obinde secundo eidem illu-
 minato assensui intrinsecam etiam, & essentialem su-
 pernaturalitatem: cum totus ob supernaturalis moti-
 uum, & formalem rationem reuelationis eis veri-
 tatibus ab illuminato Angelo exhibetur: tota autem
 supernaturalitas actuum creatorum, qui ex
 motiui aliquo elici debent ex motiui supernaturali-
 tate desumunt, iuxta asserit antiquorum scholasti-
 corum Theologiam, incauum & reuocentibus hinc
 inde parium instantiis, & argutis, quam argumen-
 tis, tentant; imo si hoc vel antiquitate sola venerabile
 , sacrumque principium negligatur, nusquam ad fidei
 spei, & charitatis actus habius supernaturales præsequi
 poteris, probabiliter adhuc, & ratione probare: vt de
 actuum eiusmodi supernaturalitate vniuersim agentes
 ostendebamus. Vnde rejicitur facile Ariaga d. 2. lect. 5.
 qui necessitatem supernaturalitatem assensui illuminati
 negat, num. 23. §. quarto de re. Quid autem ex parte
 actus primi ad assensum, veritatis, de quibus illumi-
 natus Angelus ab illuminante instituitur, ab hoc illi illu-
 minato præstetur, vltra eorum veritatem, vt adeo reue-
 laturam, absolutam, & simpliciter talem propositionem,
 sive ex parte modi proponendi ex parte obiecti, sive
 ex parte subiecti, & intellectus Angeli illuminati facile
 apparet, corroborati quidem illuminati intellectum ab
 illuminante ex S. Thomæ doctrina, & veritate ad assensum
 cum, eis veritatis præstandum docuimus, & ostendi-
 mus cert. 2. num. 11. & 13. quamvis non ita exacte fidei
 ex S. Thomæ locum doctrina, & principis pendet enim
 ex iis, que circa modum, quo illuminatio hæc hierarchi-
 ca ab illuminante Angelo, fit, & tertio loco certamine
 hoc proponitur, ac iam dicemus.

4. Igitur circa modum quo hæc illuminatio fit, & ab illuminante Angelo superiore inferior illuminatur: cum illuminatio hæc locutio, vt diximus, fit, ac sola materia, seu obiecto, & materiali, & formalis ab aliis locutionibus, & illuminationibus, non hierarchicis, minus

[illegible]

¶ Cæterum miror hoc Augustini refellere pos-
suum sententiarum Patrum iudicatorem, & inno-
centem Vazquez nostrum pro sua hac sententia ve-
re Angelus, expresse dicat. Perseque inter alios ag-
re Angelus in mentem hominis, re capitalem Dni
acutus & Angelum talem fecit, qui operari possit
quid (vixit) in mentem hominis, re dixerat) vult
capienti luminem Dei mens adiuvetur humana,
tero, & operari in mentem hominis interam in ipsa

Angeli operationem aperte significat, nec solum extrinsecam obiecti, sed lucis diuine propositionem: & quidem exemplo ipso fenestras, quo Angustinus suum sensum explicat doctrina hæc opposita nostro Vasquez satis confirmatur: siquidem in domo ipsa, non autem in lumine ipsam ingreßuro, agit, operaturque, qui eam aperiendo fenestram dicitur illuminare: ac proinde, etsi ex parte luminis, seu illustrationis, & reuelationis Dei de veritate aliqua, que, vt reuelata, proponenda est ab illuminante, nihil agendum ab Angelo sit præter propositionem simplicem, cum veritatis, tum reuelationis, tum iudicii illuminantis Angeli, seu iudicii huius sui de eis veritatibus, vt à Deo relatis, vt inferior Angelus illuminetur: ex parte vero illuminandi agendum ab illuminante erit quicquid agi in eum oporteat, vt veritates reuelatas ac reuelationem; seu Dei illustrationem recipiat: expressius tamen censet Vasquez sententiam hanc suam traditam à Cyrillo Alexandrino in Ioan. c. 9. vbi rogatur: quomodo Deus illuminare omnem hominem venientem in mundum à Ioan. dicatur: quandoquidem, & vnus homo ab alio illuminetur: vt Enochus à Philippo, actor. 8. & omnes ab Apostolis, qui obinde Marth. 10. *Lux mundi* dicuntur: imò, & vnus Angelus ab alio Zachar. 2. Respondet. Sic etiam lucem esse sanctos faciemus, & illud ad minus, quod rationalis creatura omnis illuminata illuminatur irradiatione; à mente sua, in mentem alterius doctrinam infundit: quandoquidem illuminatione descendit (seu docendi) vim potius, quam reuelationem nominamus: Dei autem verbum, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, non docendo, vt homines, aut forsam Angelos, sed potius creando, vt Deus vniqueque semem sapiens, id est pietatis, arguens intelligendi radices, inserit. Cui textui, vt expressius pro sua sententia sit illud: aut forsam Angelos solum obesse posse putat: quo videtur Cyrillus de angelis dubitare, quod doceant, vt illuminent: ac proinde totus est in ostendendo particulam forsam non dubitatum semper, sed auctuam sepe esse atque hic ex voce Græca *ἵνα*, qua videtur Cyrillus tantumque atqueque significari: & ex Aristoteli, Rhetorice, eo tamen dato, Angelum, atque hominem docendo illuminare, & illuminando docere solummodo textus probat: non autem eodem modo, atque homines Angelos docere, cum illuminant, præsertim Angelos alios: de quo Cyrillus ibi non agit, sed de illuminatione hominum ab Angelis, & ab his quidem obiter, & cursim, vt iudicio forsam addat: quia de Angelorum, ad homines adhuc illuminatione suam sententiam ferre non curabat: quare, etsi eodem modo homines ab Angelis atque ab hominibus doceri, dum illuminantur, non solum permitteret obiter Cyrillus, sed ex propria sententia docuisset, eodem modo, atque homines ab aliis hominibus, vel Angelis edoceri, cum ab eis illuminantur Angelos citius, eodem modo cum ab aliis Angelis illuminantur edoceri, minime inferretur, ex Cyrillo. Deum Cyrilli mens in aperte est: Deum scilicet, illuminare hominem omnem venientem in mundum, dum ipsius creatione, & in mundum ingreßu ingenium ad sciendum, geniumque ad pietatem, & honeste viuendum indidit: quod neque homo, neque Angelus, cum alium illuminant possent prestare, sed cum tantum instruere de veritatibus quomodo docunque, siue eas illi proponendo, vt magistris humanis, vbi venit, siue vltius Discipuli mentem actiue etiam adiuuando: imò neque hominem Discipulos docere possent, quin aliquid, mediate, saltem in eorum mentes agat, certum est vt iam ostendam.

6. Porro à ratione nil præfati DD. pro se, suæ sententia producant, præter paritatem ab humano magisterio petitam (que in illuminatione, & instructione vnus Angelus ab alio locum non habet, vt iam videbimus) & aliarum omnium opinionum exclusionem, quæ tamen sententia constabat iam vero sententia præfata aduersariarum impugnatur. Primo quia illuminatio hæc doctrinalis ad modum humani magisterij prorsus, & omnino fieri nequit, nisi propositio externa solum fiat per signa exteriora vel ad placitum, vel naturaliter significantia, quibus Angelus illuminans loquitur illuminando: Atqui nulla signa externa, siue corporalia, siue spiritalia, quibus Angelus ad Angelum loquatur possibilia sunt, vt ostendimus

d. 4. q. 4. cert. 2. ergo illuminatio hæc doctrinalis, & per modum humani magisterij externa propositione ampliori, & Rhetorica obiectiue veritatis, de qua instruendus, illuminandus, amplificatione, & explicatione, est impossibilis. Secundo veritates de quibus instruendi, illuminandi; inferiores, Angeli à superioribus sunt simplices & ex parte obiecti pure materialis, cuiusmodi sunt, vt simplici solum, nec Rhetorica obiectiua amplificatione, & explicatione minuitur, aut aliis allegoriis & metaphoris egeant, vt à quouis, non Angelo solum, sed rudissimo etiam, aut hebetere homine percipiatur, atque eas esse reuelatas à Deo atque eis ex Dei reuelatione illuminantem Angelum assentiri, ac eum ita, cum de eis veritatibus, tum Dei reuelatione, suoque iudicio testari, dummodo species quacunque, & qualescunque necessariae sint quibus mens illuminati actiue ad ea omnia percipienda exciteretur, adfuit. Patet id quidem in omnibus obiectis propriis illuminationis hierarchicæ: si enim mihi, vel alteri hominum (si quis sit) rudiori species necessariae dentur, vt percipiam Michaelem, vel Angelum meum custodem testari mihi mysterium incarnationis futurum ex Dei reuelatione, vel Deum quidpiam aliud decreuisse, aut velle hoc à me, vel alio quouis fieri, certe simplici harum rerum propositione, & necessariis speciebus actiue instructus, & excitatus eas omnes percipiam, & penetrabo, etsi nullo artificio rhetorico & argumento, metaphora, allegoria, amplificatione, vt proponantur: imò, etsi mihi, aut rudiori illi Rhetorica illa argumenta, vel à simili vel ab exemplo, vel ex allegoria, ac metaphora notiorum rerum petita, vt eis veritatibus reuelatis, vel absojute, vel citius, & facilius assentiar, inferuire queant aut vt illas esse, & à Deo reuelatas, & tam illasquam Dei de illis reuelationem esse mihi ab Angelo testificatam percipiam, inferuire nullatenus possunt: ergo multo minus Angelis (mentis procul dubio perfectioris) inferuire poterunt, vt ea omnia percipiant quibus, cum Beati sint ac testimonio superioris Angeli reuelationis Dei de eis veritatibus certi, rhetorice illæ in eis proponendis amplificationes, & argumenta, nequidem, vt assensum facilius reuelati præstent, inferuire: cum ex simplici earum, vt à Deo reuelatarum propositione sint indubitanter, & incunctanter consenturi: etsi autem ea amplior obiecti propositio inferuire illuminato Angelo posset, adhuc actiuitas, & actio aliqua illuminantis Angeli in ipsi debet necessario, ad illuminationem intercedere, vt iam ostendam n. 7. quare sola illa rhetorica, & artificiali obiecti propositione nequit illuminatio contineri.

7. Dicendum igitur est: illuminationem hanc hierarchicam de veritatibus reuelatis ab angelo illuminante (quatenus præcise locutionem huius ad illuminandum Angelum dicit) sola voluntate eius manifestandi simplici, vt reuelatas à Deo suumque assensum eidem, vt à Deo reuelatis contineri: quatenus vero illuminatio ex parte etiam actus primi excitationem dicit, continetque illuminati, addit specierum de eis obiectis immisionem, & productionem physice actiue, vel saltem exactiue ab ea illuminantis voluntate provenientem in illuminato: ac proinde, non in rhetorica illa ampliatione propositionis obiectorum, & veritatum reuelatarum ab illuminante, sed physica actiue, vel exactiue specierum illarum, virtute, & effectione consistit: conclusionem hanc probatam reliquimus d. 4. q. 4. cert. 6. toto, vbi locutionem Angelorum de re quapiam, in voluntate manifestandi alteri audituro, prout velit loquens, statuebamus: excitationem vero audituri in specierum physica, actiue, vel exactiue ab ea voluntate, in huius mentem productione sic excessimus, vt nihil hic addendum restet ultra id, quod in conclusione animaduertimus: scilicet illuminationem vnus Angeli ab alio, in actu etiam primo, adæquate sumptam, non solum locutionem Angeli illuminantis in actu primo, seu libram eius voluntatem aliquid alteri manifestandi, sed excitationem ipsam illuminati perinde omittas species, ex quibus ipsius, & eorum quæ manifestare illi vult formalis intellectus, & auditio proveniat, includere. Huius sententiæ subscribitur Soar. c. 13. a. n. 24. §. *ultimus ergo modus*: ac deinceps Arriaga d. 22. sect. 4. n. 17. §. *ultima ergo sententia* & de locutione Angelorum agens d. 12. sect. 4. & ex antiquis Scotus supra, dum illuminationem fieri ab illuminante vel per effectiorem cognitionis in actu secundo, vel

ex parte obiecti cogniti se omnino habet, non autem ex parte subiecti cognoscens: ex parte autem obiecti illum modum cognoscere magna perfectio est, etsi ita ex parte subiecti cognoscere imperfectio foret: de illuminatione Angelorum, erga homines, seu horum ab Angelis disputari hic à pluribus solet ex instituto, à Soario capite 16. Ariaga sectione 7. Vasquez d. 218. capite 4. etsi non sub eo titulo: breuius Alarcon. numero 12. §. *Secundo sequitur*: id tamen ad hierarchicam illuminationem, de qua hic, non spectat, sed ad ministeria Angelorum erga homines, & horum ab ipsis custodiam de qua questione secunda ubi nos, quæ sunt satis, dicemus. Multa alia dubia, & difficultates circa illuminationem mouent Soarius capite 14. & 15. Ariaga sectione 6. quæ omnia, vel tacta iam in superioribus sunt, vel anticipato decisa, vt dubitandi iuxta nostram doctrinam, ne anfula quidem remaneat.



QVÆSTIO II.

*De Angelorum erga homines officiis
seu de hominum ab Angelis custodia,
& malis Demonum erga
nos officiis.*

S X dictis tota præsentis controu. non tam discursu, quam memoria summario quæstio absoluetur præfens: quandoquidem solum ad dictis proxima extendi paululum discursum opus erit,

CERTAMEN I.

*De Angelorum custodia, & bonis
erga homines officiis.*

1. **A**ngelos hominum custodiæ deputatos à Deo esse certum vniuersum est, ne quidem ab hæretico vilo negatum; tamen dubitatum à Caluino, ac negatum demum fuerit singulis hominibus Angelos singulos deputatos libro primo institution. capite 14. §. 7. & in Psalm. 90. ad illa verba. *Angelus suus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis*, quæ etsi sanctus Augustinus ibi, ac Beda, S. Ambrosius in Lucae capite quarto, Iren. libro 5. capite 12. specialiter de Christo interpretentur, non tamen negant de aliis etiam ad litteram intelligi, qui primo Psalmi versu abs dubio continentur verbis illis. *Qui habitat in adiutorio altissimi*: quare de omnibus, iustis saltem, & in Deum sperantibus, ipsique timentibus ea verba exponunt Patres Basilus, Theodoretus, & iuxta id Psalmi 33. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos*: quod insuper ex communi, & constanti apud Patres omnes, & Ecclesiam totam sententia de custodiendis Angelis singulis, ad singulorum hominum custodiam à Deo destinatis certum adeo est, vt nequeat citra ingentem temeritatem negari, quamvis non sit ita expresse in scriptura contentum; aut ia Conciliis cum tota sua generalitate definitum. Videndi, de hoc sunt Dionysius 9. de celesti hierarch. Clement. Alexand. 6. stromat. sub fine. Origenes hom. 8. Isaac sub initio. Chrysostomus tom. 3. sermon. de ascensione, Theodoretus 3. de curatione Grec. sub fine, & 18. in Matth. Gregorius 2. moral. capite 15. aliàs 21. libro quarto, capite 27. articulo 31. Ambrosius lib. de vidu.

post med. in Psalm. 37. & Psalm. 43. ad id. *Qui mandauit sanctis Iacob.*

2. Addiderim conclusionem hanc de Angelica omnium, & singulorum hominum, ab ortu saltem sue custodia fidei proximam esse, & oppositam, non solum valde temerarium, sed erroneum; etsi non ita certum sit singulis hominibus Angelos singulos custodes esse, vt nullus plurium hominum saltem successus habeat curam: de postremo hoc constabit ex dicendis numero quarto, de primo constat ex Mattheo 18. *Videte ne contemnat vnum de pusillis istis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris*; Etsi enim verba hæc de pusillis seu paruulis, qui Christum, tunc circumstabant, solummodo sonent cum ratio eadem de omnibus sit, nec illi omnes, qui adstant fuerint ex reliqua puerorum turba, quæ eo casu conuenerat, à Christo Domino selecti, vt eam proferret sententiam, quod de eis sonabat, de pueris, & infantibus reliquis dicebat: ac proinde doctrinalis, & de omnibus sententia fuit: ex quibus verbis Sanctus Hieronymus ibi tantam animarum omnium dignitatem esse commendat, vt *unaquaque ab ortu natiuitatis habeat in custodia sui Angelum delegatum*. Repetit. ad 3. Ecclesiast. & Isaac 66. epistola 27. ad Eustachium init. Basilus 3. contra Eunom. init. de vera virginis. prope medium. Ildorus 1. de summo bono capite 10. Beda questione 9. ex variis, & Actor. 12. Auselmus circa med. Elucidarij Bernardi, 5. de consider. capite tertio, sermone 12. in Psalm. 90. *Qui habitat, & ultra datos datis locis numero primo. Nisitenus de vita Moysi. Chrysostomus hom. 4. ad Colossens. & oratione 14. ad Hebræos. Anastasius Nislen questione 61. in scripturam Theodor. questione tertia in Genes. & oratione 10. in Daniel. Cassian. collatione 8. capite 17. Athanasius de communi essent. sub fin. Eusebius 13. de præparatione Euangel. capite septimo. Clem. Alexand. 6. stromat. qui duo afferunt dogmata hoc à Platone, & Socrate fuisse ex scriptura assertum. Testimonia ex Philosophis innumera sparsim apud nostrum Bubalum reperies, & apud Eusebium proxime Lactantium libro secundo, capite 15. Minut. felicem in suo Octauio, Clementem Alexandrinum 1. stromat. & adhortatoria ad gent. Plurarchum 1. de Iside. S. Augustinum 8. de ciuitate capite 14. Eugubini. 8. de peren. Philosophia capite 25. apud quos Socrates, Plato, Hesiodus, Pythagoras, Xenocrates, & Chrysippus qua de re sapientissimus ex Philosopho Christianus, & Martyr. Iustinus strenue scripsit question. 30. ad gent. nec leuane Origenes 3. Periarch. capite secundo, homilia 11. in Numeros, homilia 23. in Lucam, ac reliqui Patres, & Interpretes, ad loca recitata ex Psalm. 90. & Matthæi 18. Actor. 12. Genes. 48. Iudith. 13. & ad Hebræos 1. *Omnes sunt administratores Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.**

3. Hoc vero textu fundamentum idemnitatis rationis pro custodia singulis omnibus, ac reliquis paruulis nec solum iis, qui Christo tunc aderant, à Deo deputata, vt credenda continentur: custodia, siquidem Angelorum deputata hominibus à Deo fuit, vt adiutorium eorum infirmitatis, & contra Demonum potentissimorum hostium insidias, ac tentationes præsidium validissimum in pedagogis tutoribus Angelis custodibus haberent, & desideratam, dispositamque amica Dei providentia, æternam salutem consequerentur: atqui æternæ salutis desiderium, serium quidem, & ardens, ac mediorum ad eius consecutionem sufficientium, (vltro sufficientie etiam minimum) erga omnes, & singulos homines Deo adest semper iuxta illud. *Vult omnes homines saluos fieri, &c.* & ex quo editi in lucem à matribus fuere, insidiis Demonum, vt sine Baptismo, & in originali decedant, patent, impetunturque, atque ex tunc custodia Angeli materni sunt delicti: Ergo ex tunc Angeli alicuius custodie commituntur paruuli omnes; quod autem Caluinus, atque ex eo affecte contra Catholicam hanc veritatem obgannunt nullus est ponderis. Aliant enim, maioris